

8
255



zu 008

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF. ET
C. DEPOSITI VEL
CONTRA.

QVAS TRINO FAVENTE NUMINE,
SVB PRAESIDIO CLARISSIMOR. AC CONSVL-
tissim. virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
& D. Ioannis Hollandt Dictatoris & Fisci, SS. LL. Licent.
in amplissimo Iurisconsultorum apud Agrippinenses Collegio, publicè tueri
conabitur.

HERMANNVS Brabender
VNNENSIS.

*Anno restitutæ salutis CI. D. LXXXII.
XXIII. Ianuarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Tt
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

42

CONTINUATIO

HActenus de contractibus, quibus res ad usum eius, qui accepit, creduntur, traditum est, sed quoniam non solum ad usum, verum etiam ad custodiam res credi solent, cum nemo rerum suarum semper possit esse custos, operaque interdum indigeat aliena; Ideo priusquam transeamus ad contractus, qui consensu perficiuntur, pauca de actione depositi, qua res custodiae & fidei alienae commendata repetuntur, dicenda sunt.

V Vesemb. in parat. num. 1. ff. de positi Azo in sua summa C. cod. Francif. Connan. lib. 7. Comment. iuris ciui. c. 4. in prin.

THESIS I.

EST autem depositum contractus nominatus (a) iuris gentium (b) realis (c) bonae fidei. (d) quo res gratuito (e) custodienda alicui datur, eo sine, ut quandocunque volenti, eadem restituatur. (f)

(a) l. 1. §. ult. ff. de pact. l. 1. §. item emptio vers. quod in his ff. de rer. permutat. (b) l. ex hoc iure ff. de iust. & iure l. iuris gentium ff. de pact. §. sed hoc iure Inst. de iure nat. gent. & ciu. (c) §. praeterea Inst. quib. mod. re contrah. obl. Oldend. class. 4. act. 23. V Vesemb. in parat. nu. 4. ff. h. t. Azo in sua sum. n. 2. C. h. t. Dd. ad d. §. praeterea (d) l. 1. §. hanc autem ff. h. t. §. actionum autem Inst. de action. Duar. cap. 4. C. h. t. Azo d. loco nu. 31. (e) l. 3. §. 3. ff. naut. caup. & stabul. nam si merces interuenerit, non iam depositum est, sed locatio l. 1. §. si vestimenta & §. si feruum ff. h. t. Connan. d. lib. 7. cap. de rer. permut. nu. 1. (f) l. 1. §. est autem l. Lucius, ff. cod. V Ves. in parat. nu. 5. ff. d. t.

II.

Estque duplex: Rei litigiosa, quod & sequestrum, (a) & non litigiosa quod vulgo simplex nuncupatur; (b) illudque subdividitur, in voluntarium quod sponte, (c) & necessarium quod repentinae necessitatis & periculi iminentis, puta tumultus, incendij, ruinae, naufragij causa contrahitur. (d)

(a) l. licet, l. ei apud, ff. h. t. l. proprie cod. Oldend. class. 4. act. 23. V Ves. in parat. nu. 6. Althus in sua Methodo c. 28. lib. 5. Grem. in analysi Inst. sub tit. de pos. (b) l. 1. §. est autem ff. cod. V Ves. & Althus dd. loc. Myns. in §. praeterea nu. 7. Schneid. ibid. (c) l. 1. in prin. h. t. ff. §. 2. d. l. Nicol. Mozz. in prin. tract. de contract. nu. 16. & 17. (d) d. l. 1. h. t. Alth. lib. 5. cap. 28. sug. method. Mozz. d. 10.

III.

Quae species simplicis, in rebus mobilibus, (a) tam proprijs, quam alienis, tum omnibus quae sub hominum custodiam cadere possunt, (b) consistunt; sciendum tamen ex propria rei depositione depositarium non obligari, (c) aded ut si ignorans soluerit, soluti habeat conditionem. (d)

(a) quia res immobiles deponi non possunt, l. 1. §. si cista & l. si sacculum ff. h. t. Schneid. in d. §. praeterea nu. 10. Oldend. d. class. & act. Nicol. Mozz. colum. 2. nu. 1. Azo in sum. C. h. t. nu. 5. & est communis omnium Dd. senten. quamuis Goedæus in suo tract. de sequest.

in rub. cap. i. nu. 10. teneat contrarium. (b) tot. tit. ff. & C. h. t. & utrobique commu. Dd. (c) l. qui rem ff. h. t. l. neque pignus ff. de reg. iur. l. certæ §. vlt. ff. de precar. l. si in emptione §. rei suæ ff. de contrah. emp. nec est ex bona fide ut quis rem suā restituere cogatur. VVesemb. d. loco nu. 4. Azo d. lo. nu. 8. Bart. in l. qui rem ff. h. t. (d) l. bona fides §. vlt. ff. d. t. & d. l. qui rem Oldend. d. loco. Azo in sum. nu. 9. C. h. t.

III.

Ex hoc contractu duæ proficiuntur actiones, (a) directa & contraria, Directa depositi voluntarij actio est personalis, (b) civilis, (c) bonæ fidei, (d) competens deponenti, ad rei adhuc saluæ & extantis restitutionem, (e) vel si cum deterior facta, aut interierit, ut depositarius tanti damnetur, quantum eum ex bona fide dare, facere oportet. (f)

(a) tot. tit. depositi ff. & ibi Castren. in rubrica l. ei apud quem ff. h. t. Duar. c. 2. & 4. C. cod. Mynf. in d. §. præterea nu. 8. (b) d. §. præterea & ibi Mynf. nu. 9. (c) VVes. in parat. nu. 10. (d) per iura alleg. ad thes. l. i. §. fin. cum duab. ll. seqq. ff. cod. Azo in sua sum. nu. 27. C. h. t. Oldend. d. loco. (f) l. i. §. si res ff. h. t. Nicol. Mozz. tractat. de depof. & quæ actio datur, nu. 1. & 2.

V.

Nihil refert cuius sit conditionis qui deposuit pater an filius, (a) vnus an plures, (b) (quanquam hi pro parte, nisi aliter ab initio conuenerint, (c) agant) Dominus an seruus, ex cuius persona dominus rectè agit, prædo an fur. (d)

(a) l. Iulianus ff. h. t. VVes. in parat. cod. Azo in sum. C. h. t. num. 13. l. si longius 18 §. 1. ff. de iudicijs (b) l. licet, l. i. §. si duo ff. h. t. Oldend. class. 4. act. 23. (c) l. si apud ff. h. t. in initium enim conuent. l. dat contractui, l. si tantum 17. ff. ad SC Maced. l. Contractus 23. ff. de reg. iur. (d) l. i. §. si prædo, VVes. in para. h. t. n. 7. Old. citato loco Mozz. in tract. de cōtract. d. loco.

VI.

An verò, si res à prædone quidem deponatur (a) à domino vero eius restitutio petatur, domino vel prædoni restituenda veniat? & domino restituendam esse autumo. (b)

(a) ut fieri potest, l. si prædo Azo in sum. C. h. t. nu. 6. VVes. in parat. nu. 7. ff. h. t. (b) quia totius rei æquitate inspecta domino reddenda sunt quæ factò sceleratissimo adempta sunt, l. bona fides ff. h. t. VVesemb. d. loco.

VII.

Licet autem Iuris ratio non patiatur, ut alteri ex alterius contractu ius agendi queratur: (a) tamen si ita in deposito conuentum sit, ut res deposita tertio reddatur, eum ad consequendam rem vtilem habere actionem arbitror. (b)

(a) l. quæcunque & ibi gloss. ff. de action. & oblig. (b) quia ex bona fide illi res restitui debet, l. Publia in prin. h. t. l. pen. C. ad exhibend. l. si ita & l. pactum ff. de pact. dotal. VVesemb. in parat. d. nu. 7. ff. h. t.

VIII.

Datur etiam heredibus & successoribus, (a) quorum si plures sint, & res diuidua deposita fuerit, cuilibet agenti pars hereditaria soluitur, (b) quam cæteris suam portionem petere super se dentibus, si postea depositarius in aduersam fortunam incidit, vel rem perdidit, communicare non cogitur. (c)

(a) d. l. i. §. si apud ver. hæc actio ff. h. t. VVes. in parat. nu. 7. Olden. class. 4. act. 23. nu. 7. (b) l. i. §. si pecunia h. t. l. 2. ff. de hæred. act. l. ea quæ ff. fam. hercisc. Oldend. class. 4. act. 23. (c) l. vlt. l. superuacua, C. h. t. Olden. d. class. & act. Duar. cap. 4. C. h. t.

IX.

Res indiuidua omnes restituenda sunt, satisfactione idonea à petitoro depositario præstanda de hoc, quod supra eius pertem est, depositario molestiam exhibitum non iri. (a) Quid si petitor satisfacere noluerit? Depositarius rem in adem sacrã deponendo omni actione liberabitur. (b)

(a) Oldend. actione 23. class. 4. Bart. in l. 1. §. apud Iulianum & ibi Castrenf. Costal. ibid.
(b) d. l. 1. §. si pecunia cum seqq. Bart. Castren. Costa in d. l. 1. §. apud Iulianum.

X.

Contra pupillos, (a) & omnes, qui rei custodiam susceperunt (b) datur hæc actio; aded ut si res à depositario alienata, & postea in causam depositi redempta, sine dolo ipsius perierit nihilominus teneatur. (c)

(a) l. 1. §. an in pupillum ff. h. t. VVes. in parat. n. 8. cod. Azo in sum. C. h. t. nu. 13. (b) l. 1. §. si quis seruum ff. h. t. Roland in sum. in form. Instrum. depos. (c) l. 1. §. si rem ff. cod. glo. in d. l. & 3. Azo in sua sum. nu. 24. C. cod.

XI.

An verò hæc actio contra heredes depositarij ob dolū in re deposita ab ipsis commissum detur in solidum, an pro parte dubitari posset? & res aut indiuidua est, & in solidum datur, (a) aut diuidua & pro parte. (b)

(a) l. si duo ff. h. t. Azo in sum. C. h. t. nu. 32. VVes. in parat. nu. 9. referens Dd. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. (b) nihil enim abest actori l. 2. C. de hæred. act. d. l. si duo h. t. VVes. d. loco. Olden. d. loco. Costal. in l. si vt certo §. si duobus ff. commod.

XII.

Venit in hanc actionem depositi, dolus, (a) & lata culpa, (b) de leui autem & leuissima certis quibusdam casibus depositarius tenetur. (c)

(a) l. licet ff. h. t. l. contractus 23. ff. de reg. iur. l. 1. §. si quis seruum ff. cod. VVes. in parat. num. 4. Duar. c. 1. C. h. t. (b) l. quod Nerua ff. l. 1. C. h. t. (c) l. 1. §. sæpè euenit ff. h. t. Azo in d. summa nu. 21. & 22. Olden. d. loco, gl. in l. 1. C. h. t. Bart. in d. l. 1. §. quod autē & in d. l. quod Nerua ff. h. t.

XIII.

Vnde constat quod casus fortuitus deponentis damno semper sit, (a) nisi post culpam latam, vel moram depositarij accidat, eo modo, quo apud deponentem non accidisset. (b)

(a) l. 1. C. depos. Azo in summ. C. nu. 26 l. si ex legati ff. de verb. oblig. l. contractus ff. de reg. iur. in fin. (b) l. si plures §. fin. ff. depositi & ibi Castrenf. Hotom. in illustrib. controu. quæstio. quæst. 30. contra gloss. Bart. & Costal. in l. item si verberatū §. 1. de rei vend. & l. si te ff. si. cert. perat.

XIV.

Ex prædictis pulchra oritur quæstio; si depositarius rem depositam famulo perferendã tradat, & ille post rem traditam aufugiat, vel perdat, an teneatur ad estimationem vel interesse? Et si conuentum est in deposito ne alteri quàm domino restituatur affirmatiuam: (a) si non conuentum negatiuam veram esse existimo. (b)

(a) arg. l. cum qui §. fin. cum l. seq. ff. commodat. arg. l. cum qui ff. mandati. (b) si modo tali restituta, in quem nulla improbitatis suspicio cadere potuerit. vide Mozz. in tractat. quomodo depos. annulletur nu. 11. & 12.

Cui



XV.

Cui vicina est haec quaestio, si deponens & depositarius inter se conuenerunt, ut depositarius rem ei, qui portaret certa signa traderet, & aliquis e circumstantibus aut transeuntibus audiens illud abeat cum illis signis repetitum rem a depositario, deponente inuito, illamque obtineat, an depositarius liberatus sit? & liberatum assero.

Quia non censetur in dolo neque in culpa lata Nic. Mozz. in tract. quomod. annull. & deficiat de pos. nu. 12. vide fundam alleg. ad thes. 12.

XVI.

Fructus omnisque causa, & rei utilitas in restitutionem venit, (a) usura sine mora & conuentione non debentur. (b)

(a) l. 1. §. ideo h. t. Azo in sum. C. h. t. nu. 26. Mozz. in d. tract. col. 4. nu. 1. & 2. (b) l. 2. C. h. t. l. die sponsaliorum §. fin. ff. cod. l. Lucius §. plane cod. vbi Bart.

XVII.

Actio depositi necessarij est praetoria, (a) poenalis, (b) & datur deponenti aduersus rem depositam inficiantem in duplum. (c)

(a) l. 1. §. ait praetor ff. h. t. VVesemb. in parat. nu. 10. & 11. (b) d. l. 1. VVesemb. d. loco §. sequens Instit. de actionib. & ibi Zas. num. 11. & 12. (c) d. l. 1. §. ait praetor. d. §. sequens & ibi Zas. & com. Dd.

XVIII.

Quid si ex alijs causis in edicto Praetoris non comprehensis, aequè tamè grauibus, & urgentibus res deposita fuerit, an eadem poena locum habeat? quod existimo.

arg. c. 1. §. porro vers. sed quia quae fuit pri. caus. benef. amitt. in vsib. feud. Ias. nu. 6. in §. item sequens diuisio Inst. de action. Zas. vers. quid autem Schneid. ibid. nu. 43. facit. l. 1. l. 1. ff. ad l. Aquil. l. vlt. C. ad l. Falcid.

XIX.

Omnis autem infitiatio non sufficit, ut actio in duplum contra depositarium detur: sed ea quae cum dolo coniuncta est, (a) vnde si quis procuratorem, aut seruum ad reposcendam rem depositam mittat, & depositarius rem esse depositam inficietur, cum nullam eius cognitionem habeat, non tenetur. (b)

(a) l. si quis inficiatus ff. h. t. Mozz. col. 4. nu. 15. Bart. in d. l. si quis inficiatus. Franf. Connan. lib. 7. cap. 4. nu. 11. (b) Pet. Costal. in d. l. si quis inficiatus per l. 1. ff. mandat.

XX.

Gaudet actio depositi eo priuilegio, ut si res apud numularios vel alios quosuis, (a) absque lucro usurarum deposita amplius non extet, post tacitas vel expressas hypothecas omnibus personalibus actionibus praeferatur: (b) Rei extantis vindicationem nullius pignoris vinculum impedit. (c)

(a) Zas. in l. si ventri §. in bonis ff. de priuileg. credit. ad hoc alleg. Bart. & Angel. (b) d. l. si ventri (c) d. §. in bonis & ibi Zas. nu. 4.

XXI.

Quod si plures diuersis temporibus deposuerint, quia eiusdem tituli sunt, & priuilegia non ex tempore, sed causa aestimantur, (a) in rebus repetendis concurrunt, nec prior posteriori praefertur. (b)

(a) l. priuile-

(a) l. priuilegia & ibidem Zas. nu. 7. ff. de priuileg. cred. (b) d. l. priuilegia, l. si homin
§ fin. & ibi Bart. & Costal. ff. h. t.

XXII.

Nulla etiam compensatio, (a) deductio, (b) vel doli exceptio, (c) hanc actionem ex-
cludit, Imò si depositario rei restitutio ab aliquo interdicta fuerit, denunciatus legitimis
pœnis subiiciendus est. (d)

(a) l. si quis C. h. t. l. fin. C. de compensat. §. in bonæ fidei vers. excepta Instit. de action.
Dd. in c. fin. ext. depos. (b) d. l. si quis. Mozz. in tract. de contract. col. 4. nu. 31. (c) Azo d. lo-
co. nu. 9. l. fin. ff. de compens. d. l. si quis & per N. C. C. h. t. (d) d. l. si quis C. h. t.

XXIII.

Contraria actio persecutionem habet expensarum utilium, (a) ne officium ipsi danno-
sum sit, non autem ut in Directa, ita & in hac in litem iuratur, (b) cum non de fide rupta,
sed de indemnitate agatur.

(a) l. ei apud, l. actione, l. si in Asia, l. quod priuilegium ff. cod. Oldendor. class. 4. act. 23.
(b) d. l. ei ff. cod. Oldend. d. loco. Nicol. Mozz. d. tract. num. 14. col. 4. Bart. in d. l. ei apud
C. h. tit.

XXIV.

Non est omittendum, eum, qui depositum non restituit, si suo nomine (a) conuentus fu-
erit, cum infamia periculo ad restitutionem urgeri, (b) sequitur sequestrum siue seque-
stratio.

(a) non enim tutorio, curatorio, procuratorio, l. furti, §. qui alieno ff. de his qui not.
infam. (b) l. qui depositum & ibi Glo. Bart. C. h. t. Castrensi, ibid. Duar. c. 5. C. h. t.

XXV.

Sequestratio est rei litigiosa (a) vel fructuum eius (b) depositio.

(a) l. licet, l. propriè ff. depositi, l. sequester ff. de verb. signif. c. 1. de sequest. possess. &
fruct. & com. Dd. dd. locis. (b) l. litibus C. de agricol. & censit. lib. 11. per rubr. ext. de se-
quest. possess. & fruct. c. 2. & 3. ibid.

XXVI.

Eaq; duplex est, Conventionalis aut iudicialis (a) Conventionalis, quæ & voluntaria
vocatur, est cum à pluribus inter se litigantibus res de qua controuersia est, apud tertium
quendam qui propriè sequester dicitur, (b) mutuo consensu deponitur. (c)

(a) Mynsing. obs. 35. cent. 5. nu. 1. Gœdæus in tractat. suc. de sequest. c. 1. nu. 79. Corraf.
lib. 3. cap. 2. Miscell. (b) l. 5. §. 1. & 2. l. licet, ff. depos. l. sequester ff. de verb. signif. (c) d. l. 5. §. 1.
& 2. l. licet 17. ff. depositi, l. 5. §. sed si nec ipsi ff. ut legat. nom. caueat. l. 5. ff. famil. heretic.

XXVII.

Iudicialis verò sequestratio, quæ necessariam vocant, est quæ fit iudicis autoritate, (a)
& hæc quamuis regulariter prohibita, (b) certis tamen quibusdam casibus permissa repe-
ritur. (c)

(a) l. vnica vbi Dd. C. de prohib. sequest. pec. c. 2. ext. h. tit. clem. vnic. cod. (b) tot. tit. de
prohib. sequest. pec. C. Gœdæus de sequest. cap. 1. nu. 83. Ferrar. in form. sequest. Sichard.
in d. l. vn. Bart. Azo. ibid. & communiter Dd. (c) de quib. Dd. ad d. l. vn. C. h. tit. & c. 2. ex.
cod. Gœdæus sapredict. tract. c. 3. nu. 23. 24. 28. 41. & passim.

Seque

XXVIII.

Sequestrari possunt res mobiles & immobiles, (a) corporales, & incorporales, (b) sciendum tamen harum rerum, neque per voluntariam, neque per necessariam possessionem in sequestrum (nisi expresse constet ob causam dimittenda possessionis res esse sequestratas) transire. (c)

(a) l. 1 §. 1. licet 16. l. si apud ff. de positi l. 1. §. 1. ff. commodat. rubr. C. de prohib. sequest. pec. c. 1. 2. & 3. ex. de sequest. poss. & fruct. (b) clem. vn. h. t. l. 22. de verb. signif. Ord. Camer. part. 2. tit. 21. (c) l. interesse puto ff. acquir. vel amitt. possess. l. licet. ff. de pos. Duar. c. 1. in fin. C. h. t. Coraf. lib. 3. Miscel. c. 2. nu. 14. Gaill lib. 1. obser. 5. n. 10. Goedæus de sequest. cap. 1. nu. 115. per rationes & ll. ibid. nu. 116. 117. 118. & seqq.

XXIX.

An verò ob contumaciam rei, vel si vna pars rem de qua controuersia est, possideat, altera vero indicia ad arma prosiliendi præ se ferat, à iudice sequestratio ne aliud scandalū oriatur fieri queat, magna inter Dd. controuersia est, Negatiuam verò sententiam magis rationibus ll. fundatam esse video.

facit c. 1. ext. h. t. iunct. l. 1. ff. ne vis fiat ei qui in poss. l. pen. ff. de aqua quot. & æst. Goedæus alleg. tractat. de sequestrat.

XXX.

Existunt ex hoc sicut ex simplicis depositi contractu, duæ actiones (a) eadem ferè natura prædite, quarum directæ (quæ ad differentiam actionis simplicis sequestraria vocatur) competit ei cui res tanquam vero possessori addicta est, ad eam restituendam, vna cum omnibus fructibus & accessionibus: (b) Contraria verò sequestro ad impensas in re deposita factas refundendas. (c)

(a) §. præterea Instit. quib. mod. re contrahitur oblig. l. 5. §. 1. ff. de positi, l. si in Asia §. cū sequestre ff. eod. (b) d. l. 5. d. l. si in Asia d. §. cum sequestre. (c) l. 5. ff. de pos. l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb.

COROLLARIA.

I.

Dolus in re deposita commissus: (a) nō verò committendus (b) à Deponente remitti potest. (a) l. si vnus 27. §. illud & ibi Bart. Castr. ff. de pact. (b) l. 1. §. illud non probandum ff. h. t. d. l. si vnus §. illud Bart. & Castrenf. d. loco.

II.

Cum cista obserata deponitur, reſerata autem restituitur, res cista inclusa iuramento probari possunt.

Costal. in l. 1. §. si cista & ibi Castr. num. 3. Bart. ibid. per l. si quando C. vnde vi. c. vlt. quod met. cau. Mozz. in tract. quomod. de pos. annulletur nu. 8. limitant tamen, Mozz. & Bart. dd. locis.

III.

Sequestratio vitatur satisfactione si ob timorem dilapidationis facta fuerit: (a) secus scandali euitandi gratia. (b)

(a) l. si fideiussor §. fin. & ibi Iaf. nu. 17. ff. de his qui satisdar. cog. l. senatuscōsulto ff. de offic. præsid. Coraf. Miscel. c. 2. lib. 3. Goedæus d. cap. 3. nu. 14. (b) fac. c. ex transmissa & c. literas §. si. de restit. spol. iunct. c. cum locum ex. de sponsal. Coraf. lib. 3. Miscel. c. 2. nu. 20.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K.



De leg. et Testam. in Gen. Cap. 1. 2.






THESES
 TIT. FF. ET
 DEPOSITI VEL
 CONTRA.

RINO FAVENTE NUMINE,
 IDIO CLARISSIMOR. AC CONSVL-
 um D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
 Hollandt Dictatoris & Fisci, SS.LL.Licent.
 fimo Iurisconsultorum apud Aprippi
 enses Collegio, publicè tueri
 conabitur.

ERMANNVS Brabender
 VNNENSIS.

*stitutæ salutis CIQ. ID. LXXXII.
 XXIII. Ianuarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Tt
 DEBAT PETRVS KESCHIDT.

42

